



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 78. Cæsar Placentiam delatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

§. LXXVIII.

Sæcul. XVI.
A. C. 1529.

Cæsar Placentiam delatus.

Priusquam Carolus Imperator Bononiam peteret, aliquamdiu Placentiæ, *Ant. Vera l. c p. 186.* Parmæ & Mutinæ substitit: cum vero Placentiæ moraretur, advenerant tres Legati a Papa eo fine missi, ut a Cæsare peterent, quatenus præstita juramenti fide se nunquam Ecclesiæ libertatem violaturum sponderet. His reposuit Cæsar, se jurato promittere, quod nunquam dignitati Pontificiæ ac libertati vim illaturus, nihil tamen de suo jure decessurus esset, (*) quibus postremis verbis Cæsar haud obscure significabat, in Parmensem & Placentinam civitates quoddam sibi jus competere.

§. LXXIX.

Protestantium Principum Legatio ad Cæsarem.

Sub idem tempus advenerant Deputati, quos Principes Protestantes in *Sleid. com. l. 7.* Spi-

(*) Hæc verba ex Antonii Levæ instigatione ab Imperatore fuisse addita, observat Masenius cum pluribus aliis Scriptoribus.